



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. IV. An excuset dispensatio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

netur ingredi iter; quia nec finis, nec ratio præcepti salyatur. *Ibidem* & *Suar. Azor. Bon. d. 1. q. 8. p. 1.*

DUBIUM IV.

An excuset dispensatio?

Resp. In jure humano dispensatio legislatoris, vel parem potestatem habentis, facta ex justa causa, excusat à transgressione præcepti. Est communis. *Sanch. Az. 1. p. l. 5. c. 15. Salas d. 20.*

Ratio est, quia cum sit author suæ legis, potest quemvis excipere. Dixi 1. *ex justa causa*: quia si temere, & sine causa dispenset, tenet quidem dispensatio, peccat tamen tam dans, quam petens dispensationem, contra jus naturale, dictans partem debere conformari suo toti, nisi justa causa excuset. *Sanch. l. 8. d. 18. Suar. Fill. n. 438. & quidem ut vult Suar. moraliter, venialiter, ut Pontium apud Dian. quem v. p. 8 t. 3. R. 8. 9. & 10. Si dubitet, an causa sit justa, posse dispensare, vult Sanch. contra Bonac. qui dicit peccare. Et si autem causa sit justa, non tamen tenetur dispensare, nisi cum vel jus præcipit ex ea causa dispensare, vel necessarium est ad commune bonum, vel spirituale poenitentis, vel ad avertendum grave damnum, aut publicum scandalum, & sine dispendio fieri potest, *Dia. p. 8. t. 3. R. 27. & 28. cont. Suar. Sanch. &c. Dixi 2. legislat. quia dispensatio inferioris in lege superioris, sine justa causa, invalida est, ac proinde non excusat à transgressione præcepti. Ratio, quia, qui nomine alterius sine causa dispensat, dissipat. Suar. l. 6. c. 19. Sanch. l. 8.**

l. 8. de matr. d. 17. Validè autem & licitè inferior potestate ordinaria dispensat ex justa causa in lege Superioris, 1. Circa levia, hoc est, quæ sub mortali non obligant, etsi facilis sit ad Superiorem recursus. 2. Circa ea, quæ frequenter occurrunt, verbi gratia, in jejuniis, celebrandis festis, &c. 3. Circa ea, quæ ita sunt propria uni communitati, ut non convenient aliis. 4. Quando recursus ad Superiorem difficilis est, sive, quando est necessitas, & periculum in mora, *Dian. p. 8. t. 3. R. 12.* ex *Gran. Salas, Gordon. & Palao*, qui addit; 5. Si consuetudo præscripserit ut inferior dispenset. *v. Dian. l. c. R. 95.* Quando est dubium negativum, an casus egeat dispensatione. Quo casu, secundum *Palaum*, non opus est dispensatione, cum præsumptio sit pro libertate, *Barb. Dian. p. 3. t. 6. R. 28. p. 4. t. 3. R. 46. p. 8. t. 3. R. 72. & 95.* Unde resolves.

I. Pontifex sine justa causa non potest dispensare in lege Dei, nec Episcopus in lege Ecclesiæ. *Sanch. d. 17. n. 3. Suar. Vasq.*

II. Dispensatio in voto, vel juramento, sine justa causa etiam à Papa facta, est invalida, ut *San. Suar. ll. cc.*

III. Valida est, si Superior per errorem justam causam arbitretur, aut etsi non arbitretur, (& temerè dispenset) re ipsa tamen sit, *Sanch. l. c. Azor, Sa. Salas, n. 81.* Similiter si dispenset, causa, quæ revera legitima est, non præcognita, probabiliter tamen valere docet *Sanch. Dian. p. 8. t. 3. R. 19. 21. &c.* contra *Azor.*

IV. In dubio de valore dispensationis, validam cense-

cenferi, eò quòd præsumatur in favorem actus ne pereat, probabile putat *Sanch. &c.* cum *Dia. p. 3. t. 6. R. 9. p. 4. t. 3. R. 45. 64. p. 8. t. 3. R. 62.* contra *Molin. &c.*

V. Habens potestatem generalem dispensandi, potest etiam secum dispensare directè & immediatè *San. Dian. p. 8. t. 3. R. 16.* contra *Suar.*

VI. Valet dispensatio obtenta per vim, aut metum, (modò causa sit iusta) Item data sine ullis verbis, solà mente. *Turrian. Dian. p. 8. tr. 3. R. 17. 76. p. 4. t. 4. R. 118.*

VII. Qui impetravit dispensationem (v. g. in impedimento dirimente matrimonium) & per ignorantiam, vel simplicitatem expressit causam falsam, cum validè contrahere matrimonium, dicit *Pontius de matr. l. 8. c. 16. ex C. Cum inter.* Sed contrarium tenet *Paulus t. 1. t. 3. d. 6. p. 16. §. 5. ex Cap. sup. lit. v. Dian. p. 8. t. 3. R. 69.*

VIII. Subditus bonà fide dispensationem petens, rationibus Superiori allatis, potest, dispensatione impetrata, esse securus, *vid. Laym. l. 1. t. 4. c. 22.*

IX. Peccat, qui aliquem inducit ad dispensandum sine causa, vel allegata falsa causa. *Nav. Sanch. 18. de matr. n. 8. Fill. t. 10 n. 314. Salas d. 20. f. 6. v. 58.* qui addit, id verum esse, etsi dispensans excusetur ob bonam fidem.

X. Dispensatio potest impetrari non tantùm pro ignorante, sed etiam invito, quando necessitas exigit. *Sanch. Beia* contra *Suar. v. Dian. p. 8. t. 3. R. 86. 87.* Id tamen locum non habet in ea, quæ impetratur ex Pœnitentia Romana, nisi impe-

impetretur à personis conjunctis, vel consanguineis intra quartum gradum, vel saltem à Confessario, *Marcus Leo in praxi p. 1. f. 34.*

Quæres. An cessante causa dispensationis, cesset ipsa.

Resp. Pro hoc servient sequentes Regulæ.

1. Si tantum impulsiva, seu minus principalis causa cesset, manet dispensatio.

2. Et si cesset pars causæ motivæ, seu principalis, manet dispensatio. *v. Dian. p. 8. t. 3. R. 62.*

3. Si commissæ facultate dispensandi priusquam dispensetur, cesset omnino causa principalis, nulla est dispensatio.

4. Si dispensatione redacta ad actum irrevocabilem, cesset tota causa, non idè cessat, vel vim amittit. *v. g.* dispensatum fuit in impedimento consanguinitatis, propter paupertatem fœminæ, licet contracto matrimonio divitias obtineat, non est irritum. Idem est si beneficium per dispensationem obtinueris, & postea cesset causa, ob quam dispensatum fuit.

5. Si facta dispensatione cesset omnino causa finalis, & actus possit facilè revocari: *v. g.* dispensatum est in voto castitatis propter vehementes tentationes, quæ postea cessant, an reviviscat votum? vel in præcepto recitandi horas, jejunandi, &c. propter infirmitatem, & postea convalescit, an teneatur recitare, jejunare? &c. Affirmat *Sanch. Amicus, Portel. Bonac. Leon. &c.* quia aliàs non esset justa. Negativam tamen sententiam probabilem, & in praxi tutam esse censet *Dian. p. 8. t. 3. R. 24. ex Sal. Gran. &c.* si quidem dispen-

dispensatio fuerit absoluta: quia obligatio legis semel extincta non reviviscit: & quod destructum est, non reproducitur, nisi ab eo; qui producere potest. *v. Suar. de leg. c. 22. Laym. Præpos. &c.* qui rectè id concedunt; quando non est de re dividua & successiva; aliàs negant. Unde supposita probabilitate sententiæ negativæ, *Gran. Dian. &c.* sequentes Casus (in quibus tamen alii meliùs contrarium sentiunt) resolvunt.

I. Cum quo dispensatum est propter morbum in esu carniùm, potest vesci, licet omnino convalescat.

II. Cum quo propter infirmitatem dispensatum est in voto religionis, postquam convalescit, non tenetur. *Dian p. 6. r. 7. R. 45.*

III. Cum quo propter oculorum infirmitatem dispensatum fuit in onere recitandi horas; etsi convalescit, non tenetur legere.

APPENDIX.

De dispensationibus S. Pœnitentiariæ.

Quia ex officio S. Pœnitentiariæ multæ dispensationes (& gratis quidem) impetrari possunt, saltem pro foro conscientie, operæ pretium censui, quædam circa hujus rei praxin pœnitentibus & Confessariis utilia hîc subnectere.

Et quidem tria potissimùm circa hanc rem requiri possunt. I. Circa materiam, & causas, in quibus nimirum casibus dispensationes istæ concedi soleant. II. Circa formam literarum Pœnitentiæ, quibus dispensatio Confessario committitur